

Psalmus responsorius

Ps 31, 1-2. 5. 11 (R̄: 7)

R̄. Tu es refúgium meum,
exsultatióibus salútis circúmdabis me.

¹ Beátus, cui remíssa est iníquitas
et obtéctum est peccátum.

² Beátus vir, cui non imputávit Dóminus delíctum,
nec est in spírítu eius dolus. R̄.

⁵ Peccátum meum cógnitum tibi feci
et delíctum meum non abscóndi.
Dixi: «Confitébor advérsus me
iniquitátem meam Dómino».
Et tu remisísti impietátem peccáti mei. R̄.

¹¹ Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti,
et gloriámini, omnes recti corde. R̄.